



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Romano Archipresbytero & Clericis sanctorum martyrum Sergij & Bacchi,
tam praesentibus quām futuris in perpetuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

nem tuam, ascitis tecum quos noveris necessarios, hæretica pravitas extirpetur, & hæretici cum suis falsis dogmatibus confundantur. Quod ut melius & pleniū possis efficere, plenam tibi super hoc app. remota concedimus potestatem. Datum Laterani XIII. Kal. Iulij.

*ABBATI SANCTÆ MARIAE
de Canneto, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.*

*Epiſt. 100.
De conformatio-
ne privile-
giorum.*

PI A postulatio voluntatis &c. usque ad verbum ordo monasticus qui secundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur &c. usque ad verbum vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Andreae Apostoli in insula quæ vocatur Minerva, cum tota insula. Ecclesiam sancti Bartholomæi quæ est in civitate Polan. cum redditibus suis. Ecclesiam sancti Laurentij de Camponoso, cum campus, vineis, pascuis, pratis, montibus, vallibus, aquariis, & omnibus ad eam pertinentibus. Ecclesiam sanctæ Mariæ Bauran. cum omnibus possessionibus suis, & Ecclesiam sancti Blasij Savinian. cum omnibus pertinentiis & possessionibus suis. Ecclesiam sancti Pauli, & locum Barcilian. cum montibus, vallibus, habitationibus, pascuis, aquariis, sylvis, arboribus fructiferis & infructiferis, piscariis, atque ripis ad eundem locum pertinentibus, & Piscarium de Muccia de mezo, locum Valbendorij cum habitationibus, terris cultis & incultis, arboribus, olivis, pratis, & omnibus pertinentiis suis. Piscarium portus Valbendorij. Locum Florian. cum olivis, terris cultis & incultis, habitationibus, domibus, curtibus, & omnibus pertinentiis suis. Sancti Georgij & sancti Nicolai Ecclesiæ, cum omnibus pertinentiis & possessionibus. Locum Philippiani, cum mansibus, curtibus, pascuis, terris, aquariis, sylvis, campo de puteo, terris Caræ planæ & Cisterneola. Fundum Volasij, cum molendino. Ecclesiam sancti Laurentij, cum tota valle, turri, curia, gуро, & omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Leonardi, cum horto majori, & curia quæ est ante portam monasterij, cum omni circuitu suo. Terram de Ducende, & terram de Bagnole, cum omnibus pertinentiis suis. Sanè novalium &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper &c. Cum autem generale interdictum &c. Libertates præterea &c. Sepulturam quoque &c. Obeunte vero te &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis ap. auctoritate, & dioecansi Episcopi canonica iustitia. Si qua vero &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Acheruntini Archiepiscopi, Cancellarij vicem agentis, XI. Kal. Iunij, Indictione II. incarnationis dominice anno MCXCIX. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno secundo.

*GOSTADIGIN. FVNDATRICI
& fratribus ac sororibus Ecclesie beate
Mariæ de Roccia majori sita in loco qui
dicitur Putens de Chartariis.*

CVM à nobis petitur &c. usque ad verbum assenfu, Ecclesiam ipsam, & personas ibidem divinis obsequiis mancipatas, cum omnibus bonis quæ in praesentiarum eadem Ecclesia rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis præstante Domino poterit adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti pagina communimus. Ad indicium autem perceptæ hujus à sede apost. protectionis, unam libram ceræ nobis nostrisque successoribus annis singulis persolveris. Nulli ergo &c. Datum Lat. Kal. Iulij.

*ROMANO ARCHIPRESBYTERO
& Clericis sanctorum martyrum Sergij
& Bacchi, tam præsentibus quam futurus
in perpetuum.*

LIcet omnium Ecclesiarum sit nobis cura & solicitude commissa, illis tamen quæ in Vrbe consistunt tanto sollicitius nos convenit providere & earum jura illibata servare, quanto amplius ad jurisdictionem nostram noscunt spezialius pertinere. Eapropter, dilecti &c. usque ad verbum annuimus, & præfatam Ecclesiam beatorum martyrum Sergij & Bacchi, in qua divino &c. usque ad verbum vocabulis. Medietatem arcus triumphalis, qui totus in tribus arcubus constat, de quo unus de minoribus arcibus propinquior est vestræ Ecclesiæ, supra quem una ex turribus ædificata esse videtur, & medietatem de arcu majori qui est in medio, cum caminatis juxta minorem arcum, cum introitibus & exitibus suis & aliis omnibus suis pertinentiis suis. Epist. 101. De confirmatione privilegiorum.

tiis, quæ sub his finibus concluduntur. A primo latere est altera medietas ejusdem arcus triumphalis, juris heredum Cimini; à secundo latere est aliud claustrum supra scripti Cimini, & curtis, & via publica; à tercio latere est curtis Ecclesiae vestrae; & à quarto latere est via publica, quæ pergit ante supradictam Ecclesiam; sicut in instrumento locutionis factæ à bona memoria Gregorio ejusdem Ecclesiae Diacono Cardinali plenius continetur. Ecclesiam Salvatoris de Statera, cum pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Laurentij positam sub Capitolio, cum casis, cryptis, hortis, & omnibus aliis suis pertinentiis. Omnes domos positas in Gallicis, quæ his finibus concluduntur. A duobus lateribus tenet Ecclesia vestra, à tertio tenet Ecclesia sanctæ Martinæ, à quarto latere via publica quæ pergit ante dictam Ecclesiam. Omnes domos quæ sunt posita in regione Piri, cum casaliniis, & hortis, & aliis pertinentiis suis, prater unum casalimum juris sancti Sabæ, & unam domum Pantalei addextratoris. Domum unam positam in regione sancti Adriani juxta columnas sancti Iohannis ante portam Latinam. Domum unam positam juxta domum Iohannis de Alcesa. Quatuor cryptas, cum casaliniis antese, usque ad viam publicam post Ecclesiam Salvatoris de Statera, quas emisisti ab heredibus Petri de Alcesa. Vnum casalimum in regione sancti Theodori in pede Canapariæ. Duo casalina juxta columnam perfectissimam. Vnum casalimum juxta domum Rogerij de Rozo, & juxta domum Vrb. turrim in casale Barbarian, cum terris, vineis, sylvis, pratis, montibus, colibus, pascuis, salicis, arboribus fructiferis & infructiferis, puteis, fontibus, rivis, ædificiis parietinis, & aliis suis omnibus pertinentiis, quæ infra subscriptos terminos continentur. A primo latere rivus de Luzan, & tenimentum heredum Fusci de Berta, & tenimentum sanctæ Anastasie: à secundo latere via publica Ardeatina usque ad fossatum sancti Nicandri: à tertio latere idem fossatum inter vos & Ecclesiam sanctæ Mariae de Aventin. & tenimentum sancti Georgij & quatuor sanctorum Coronatorum: à quarto latere tenimentum sanctæ Mariae Majoris, & tenimentum monasterij sanctæ Mariae in Campo Martis, usque ad predictum rivum Luzan. Qua-

tuor vinealia juxta Cantarum Alban. terram quam habetis in territorio Ari- ciæ supra lacum de Nemo. Duo fila salinarum in Bordanaria, in loco qui dicitur Caput bovis, juxta filum sancti Pancratij. Tenimentum Tusculani vobis & Ecclesiae sanctæ Mariae in Porticu à felicis recordationis Celestino Papa prædecessore nostro concessum, quod infra hos fines concluditur. A primo latere via Ca- vonis: à secundo latere fossans qui ascen- dit ad columnam felleris usque in caput pantani: à tertio latere super caput pantani usque ad limitem majorem, & per eundem limitem usque ad fossatum Be- rardi Anagnini: à quarto latere per idem fossatum usque ad viam Cavonis. Inferioris verò camellariæ parochiam, & ejusdem camellariæ proprietatem; ita quod nulla injuria inferatur habitatori- bus ipsius camellariæ ab habitatoribus superioris camellariæ. Hortum quoque sancti Laurentij, sive supra sanctum Lau- rentium. Terram quæ quondam fuit oli- vetum à cava usque ad Salvatorem. Ter- ram supra olivetum usque ad balneariam, sive vascam. Hortum sancti Ser- gij, sive post sanctum Sergium, & hor- tum inter columnas usque ad Absci- dam, & usque ad custodiā mamorti- nam: super quibus inter vos & Eccle- siam sanctæ Mariae de Capitolio quæstio diutiū fuerat agitata, & ex delegatio- ne felicis memoriae Celestini Papa præ- decessoris nostri per dilectos filios I. tt. sancti Stephani in Cœlio Monte & Sofr. tt. sanctæ Praxedis Presbyteros Cardi- nales amicabili compositione sopita, si- cut in scripto corundem Cardinalium exinde confecto plenius continetur, vobis & per vos Ecclesia vestre auctoritate apostolica confirmamus. Duas in- super petias vinearum in vivario infra muros Vrbis, & unam extra portam sancti Pauli in Castannola, & aliam pe- tiam foris portam Latinam, cum cryptis, torcularibus, & aliis earum pertinentiis, vobis nihilominus confirmamus. Decer- nimus ergo &c. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Acherruntini Archiepiscopi, Cancellarij vi- cem agentis, VI. Nonas Iulij, Indictione secunda, incarnationis dominice anno M C X C I X. pontificatus verò Do- mini Innocentij Papæ IIII. anno se- cundo.

Eee iii